

LXXII. Quotcumque pecuniae stipis nomine in aedis | sacras datum inlatum erit, quot eius pecuniae eis sacris (*sic*) super fuerit, quae sacra, uti h. l. d.⁵³ | oportebit, ei deo deaeve, cuius ea aedes erit, facta it⁵⁴, ne quis facito neve curato neve interce|dito, quo minus in ea aede consumatur, ad | quam aedem ea pecunia stipis nomine da|ta conlata erit, neve quis eam pecuniam alio | consumito ne[ve] quis facito, quo magis in || alia re consumatur⁵⁵.

LXXIII. Ne quis intra fines oppidi colon.ve, qua aratro | circumductum erit⁵⁶, hominem mortuom | inferto neve ibi humato neve urito neve homi|nis mortui monumentum aedificato. Si quis | adversus ea fecerit, is c. c. G. Iul.⁵⁷ HS IΩΩ⁵⁸ d. d.⁵⁹ esto | eiusque pecuniae cui⁶⁰ volet petitio persecu|tio exactioq. esto. Itque quot inaedificatum | erit IIvir aedil.ve dimoliendum curanto. Si | adversus ea mortuus inlatus positusve erit, | expianto uti oportebit.

LXXIV. Ne quis ustrinam novam, ubi homo mortuus | combustus non erit, proprius⁶¹ oppidum pas|sus ⊕ facito. Qui adversus ea fecerit, HS IΩΩ⁵⁸ c. | c. G. Iul.⁵⁷ d. d.⁵⁹ esto, eiusque pecuniae cui⁶⁰ volet peti|tio persecutioq. ex h. l.⁶² esto.

LXXV. Ne quis in oppido colon. Iul. aedificium detegito | neve demolito neve disturbato, nisi si praedes | IIvir. arbitrato dederit se reraedificaturum (*sic*), aut | nisi decuriones decreverint, dum ne minus L ad|sint, cum e. r.⁴⁶ consulatur⁶³. Si quis adversus ea fece.⁶⁴, | q. e. r. e.⁶⁵, t. p.⁶⁶ c. c. G. Iul.⁵⁷ d. d. e.⁶⁷, eiusq. pecuniae qui⁶⁸ volet pe|titiio persecutioq. ex h. l. esto.

LXXVI. Figlinas teglarias maioris (*sic*) tegularum CCC tegu|lariumq. in oppido colon. Iul. ne quis habeto. Qui | habuerit ita⁶⁹ aedificium isque locus publicus | colon. Iul.⁷⁰ esto, eiusq. aedificii⁷¹ quicumque in c. | G. Iul. i. d. p.⁷², s. d. m.⁷³ eam pecuniam in publicum redi|g]ito.

LXXVII. Si quis⁷⁴ vias fossas cloacas IIvir aedil.ve publice | facere immittere commutare aedificare mu|nire intra eos fines, qui colon. Iul. erunt, volet, | quot eius sine iniuria privatorum fiet, it is face|re liceto.

LXXVIII. Quae viae publicae itinerae publica sunt fuerunt | intra eos fines, qui colon. dati erunt, quicumq. | limites quaeque viae quaeque

53) *Hac lege data.* — 54) *Scr. fuerint.* — 55) *De re cf. Momms. Eph. ep. 3 p. 406. 407.* — 56) *Cf. infra N. 6508.* — 57) *Colonis coloniae Genetivae Iuliae (cf. supra N. 2235).* — 58) *Sestertium quinque milia.* — 59) *Dare damnas.* — 60) *Cf. not. 11.* — 61) *Scr. propius.* — 62) *Hac lege.* — 63) *De re cf. supra N. 6086 v. 32 seq. (not. 16).* — 64) *Fecerit.* — 65) *Quanti ea res erit.* — 66) *Tantam pecuniam.* — 67) *Dare damnas esto.* — 68) *Sic recte scriptum hoc solo loco; cf. not. 11.* — 69) *Scr. id.* — 70) *Coloniae Iuliae.* — 71) *Hic quaedam videntur excidisse (Momms. Eph. ep. 3 p. 412).* — 72) *Iure dicundo praerit.* — 73) *Sine dolo malo.* — 74) *Fortasse scr. quas (Scialoja monum. dei Lincei 6, 425). Eadem in lege Tarentina (N. 6086) v. 39 seq.*